Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



bona eor. consilium eor longe sit ame:
Bona in manu habet qui despiciendo
temporalia sub dominio mentis premit.
Nam quisq; ea nunc diligit se magis
ipsis q̃m sibi ipsa supponit. Multi etenim
iustor in hoc mundo diuites fuerunt
reb; & honorib; fulti. multa habere ui
debant. Quor mentem qua eor que
aderant delectatio nimia possidebat. bo
na illor in manu erant. quia potestate
animi subiecta tenebant. Et contra iu
qui totis se desideriis in exteriorib ap
petitionib; fundunt. rerum ut n ipsi
habita teneant. s; magis abhis que ha
bent captiua mente teneant. Quia
g non sunt in manu sua bona eor. rec
te subiungit. consilium eor longe
sit ame. Quid namq; est in quor consi
lium est. nisi terrena glam querere.
eternam negligere. salutem exterio
re cum dampno interiori appetere.
& dolores transitorios ad eternos ge
mitus commutare. Vir g sces has in
quor cogitationes intuens. aspnet &
dicat. consilium eor longe sit ame.
quia nimirum esse bonum incompa
rabiliter iudicant. ad breue tempus
eligi sub flagello gemere. q̃m eterne
ultionis supplicia tolerare. S; neq; in
hac uita hi qui in ea pspari appetunt.
continue pspant. Nam plerumq; eor
gaudia suborti gemitus interrumpit.
Vnde & subdit. Quotiens lucerna eor
extinguet. Sepe impius lucem suam
estimat filior uita. s; cum filius q̃ nunc
amat subtrahit. lucerna impii que iude
tur extincta est. Sepe impius presentis
honoris glam lucernam putat. s; dum
sublata dignitate deficit. lucerna extinc
ta est que ei uita desiderium lucebat.
Sepe impius opes terrene substantie
adesse sibi quasi magnam luminis lucer
nam putat. s; cum irruente dampno
diuitias q̃s plus se amat pdiderit. q̃o iste
aliud q̃m lucernam in cuius lumine
gradiebat amisit. Qui g gaudere de
eternis non appetit. neq; hic ubi solidari
uiuit potest continue letari. Nam q̃ti
eis lucerna impior extinguit. Et sup
uenient eis inundatio. & dolores diuidet
furoris sui. Inundatio impiis supuenit.
cum dolor fluctus ex aliqua aduersi
tate patiunt. Omps namq; dis cum se
despici & in terrena iudet concupiscen
tia letari. & hoc q̃ doloribus petitur. q̃d
sibi iudet in cogitatione impii pferri.
Bene autem dic. & dolores diuidet fu
roris sui. Qui etenim eternos dolores
impio pretributionem seruat. & aliqn
do eius mentem temporali dolore ins
uerberat. quia hic q̃. & illic peritur. fu
roris sui sup impium dolores diuidet.
Neq; enim pena psens que iniusti animi
a prauis desideriis non immutat. ab et
nis supplicii supplicii liberat. Vnde &
pplabmustam dic. Pluit sup peccatores
laqueos. ignis. & sulphur. &
sps procellarum. pars calicis eor. Dicendo